UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lectio. iiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

qui glorificabant eam ſpreue-
runt illam quia viderunt ig-
nominiam eius. Ipſa autem
gemens ⁊ conuerſa retrorſum
Teth. Sordes eius in pedi-
bus eius nec recordata eſt fi-
nis ſui. Depoſita eſt vehemē-
ter non habens conſolatorem
Vide domine afflictionē me-
am quoniā erectus eſt inimi-
cus. Reſpōſ. Ecce vidimus
eum non habentem ſpeciem :
neqꝫ decorem: aſpectus eius i
eo non eſt: hic peccata noſtra
portauit ⁊ pro nobis dolens :
ipſe autem vulneratus eſt ꝓp-
ter iniquitates noſtras. Cu-
ius liuore ſanati ſumꝰ. ℣. Ve-
re languores noſtros ipſe ab-
ſtulit ⁊ infirmitates noſtras
ipſe portauit. Cuius. ℟ repe-
titur loco Glīa. In ſecundo
nocturno aň. Liberauit dn̄s
pauperem a potente ⁊ inopē
cui non erat adiutor. ps. De-
us iudicium. aň. Cogitaue-
runt impij ⁊ locuti ſunt nequi-
tiam: iniquitatē in excelſo lo-
cuti ſunt. ps. Quam bonus.
Aň. Exurge domine ⁊ iudi-
ca cauſam meā. ps. Vt qd
deus. ℣. Deus meꝰ eripe me
de manu peccatoris Et ō ma-
nu contra legem agentis ⁊ ini-
Exaudi. Lectio .iiij. qui.
deus orationem meam cū tri-
bulor: a timore inimici eripe
animam meā. Seuierūt ini-
mici in martyres. Quid ora-
bat iſta vox corporis chriſti h
orabat vt eruerentur ab inimi-
cis ⁊ non eos poſſent occide-
re inimici. Ergo exauditi non
ſunt: qꝛ occiſi ſunt: ⁊ deſeruit
deus cōtritos corde ſeruos ſu-
os et ſperantes in ſe deſperit.
Abſit. Quis em̄ inuocauit do-
minum ⁊ derelictus eſt: quis
ſperauit in eo ⁊ deſertus ē ab
eo. ℟. Vnus ex diſcipul' me-
is tradet me hodie ve illi per
quem tradar ego Melius il-
li erat ſi natus non fuiſſet. ℣.
Qui intingit mecum manū
in parapſidem hic me tradi-
turus eſt in manus peccatoꝝ.
Melius illi. Lectio quinta.
Exaudiebantur ergo ⁊ occi-
debantur: ⁊ tamē ab inimicis
eruebantur. Alij timentes cō-
ſentiebant ⁊ viuebant: ⁊ tamē
ab inimicis abſorbebātur: oc-
ciſi eruebantur. Inde eſt illa
vox gratulationis Forſitan vi-
uos abſorbuiſſent nos. Mul-
ti abſorpti ⁊ viui abſorpti mlti
mortui abſorpti. ℟. Erā qͥ-
ſi agnus innocens ductus ſū
ad immolandum ⁊ neſciebā
conſilium fecerūt inimici mei
aduerſum me dicentes Veni-
te mittamus lignum in panē
eius ⁊ conteramus eum ō ter-
ra viuentium. ℣. Omnes ini-
mici mei aduerſum me cogi-
tabant mala mihi: verbum